

vanda, qua ceteros fideles omnes in veritatibus Religionis tam internæ quam externæ absque ullo errandi periculo docere possint.

LII. Perpetuum hocce MAGISTERIUM et SACRUM IUDICIUM nec divinis perfectionibus, nec connatis rationis humanæ iuribus, neque ingeniorum varietati, atque culturæ adverfatur, quæ falsa est immoderationum Protestantium opinio.

LIII. Idem istud criterium, quod ad habendam in quibuslibet circumstantiis certam totius christianæ religionis notitiam summo-pere est exoptandum, Jesus Nazareus revera instituit, quemadmodum Libri novi foederis, facta Apostolorum, primitivæ Ecclesiæ praxis, necnon Ss. Patrum testimonia invicte commonstrant. \*

\* Si ad obtinendum finem necessarium suppetit *unicum* medium aptum, illius existentiam secundum criticos philosophos iure postulamus: atqui ad conservandam fidei ac religionis unitatem medium unice opportunum est institutio seu munus docendi divinæ auctoritatis sigillo munitum.

LIV. Judicum officio in caussarum decisione *soli* funguntur *Episcopi* \*, quos inter, ex-